

quius reposui ad altare secundum novam consuetudinem, et illud antiquum altare aestimabatur ab hominibus honestis ultra^a quam 300 annos. Et sic consecravit totam capellam et reclusorium cum aqua benedicta et parietes et altare consecravit cum chrismatibus. Et istud altare et capella sunt consecrata in honore Dei et beatae virginis Mariae et beati Eligii aurifabri, Petri et Ioannis apostolorum, Remigii, Caeciliae virginis, Clementis et Scholasticae virginis, Mauricii et sociorum eius et omnium sanctorum. Et dedicatio istius capellae est translata ad feriam secundam post Pentecostes propter dedicationem beatae Mariae virginis^b. Item consecravit imagines in capella praedicta. Und diese reparation und construction stont mit allen unkosten XX march.

Item ego Heinricus de Broike feci lobia cum asseribus construere, et persolvi in capella sancti Benedicti. Item gradus ligneos et ianuas chori et gradus in capella, cum quibus ascendimus turrin. Item super chorum supra turrin sancti Benedicti emi columbas.

Item cum frequentavi scholas et postea, tunc steterunt duae cruces, una supra turrin et una supra chorum, factae de plumbo, et supra crucem gallus. Illam crucem fecerunt proconsules civitatis deponi, et posuerunt unum ventilogium^c cum ala loco crucis. Tunc venit tonitruum maximum a superiore parte turris usque ad infimam partem anno 1368, quod¹³⁶⁸ vidi et audiui et^d quam plures alii. Istud accidit tempore praedecessoris mei Thidemanni de Hagen. Item cum ego veni ad capellam, tunc feci ponere crucem supra faciem^e capellae sancti Benedicti, ut sciatur ab alienis, quod esset capella, ut inclinarent se Deo et reliquiis. Hoc invadebatur^f a superioribus civitatis, quod teneretur pro capella¹. Et fecerunt etiam^g illam crucem deponi. Et statim postea in illo anno scilicet 1382^h venit tonitruum et tetigit turrin a superioriⁱ parte usque¹³⁸² ad infimam, et fecit quadrupliciter plus damni, quam prius. Et campanis et^k capellae omnino nihil ab infra¹ nocuit. Istud accidit tempore meo, quod vidi et audiui et plures alii.

[Item anno 1384 peregrini transierunt usque Aken; tunc 1384.

a) Vor 'ultra' in ABC ein überflüssiges 'et'. b) In ABC in Klammern 'et nunc meo Theodorici Westhoff tempore anno 1547 dominica die Misericordia domini celebratur'. c) ABC in Klammern 'ein fhane'. d) C 'et' fehlt. e) B 'faciem' fehlt. f) ABC in Klammern 'woirt beniedet'. g) A 'ut', B 'et', C 'etiam'. h) A '1383'. i) A 'superiore'. k) AB 'nec'. l) C 'ab infra' fehlt.

1) Das war einer der am häufigsten betonten Beschwerdepunkte Heinrichs in dem Process mit der Stadt (Dortmunder Stadtarchiv Urk. H. v. B. 2, 8). Die beiden Commissionen (1394, October 15 und 1395, Mai 27) erklärten die Errichtung eines Kreuzes als nothwendige Vorbedingung für eine Einigung (ib. nr. 1149. 1170).